ende si les pusieren mayor pena (3), que non merescieren, por el yerro que ouiessen fecho. E otrosi acuerdan, en que deuen guardar castidad (4), e ninguno dellos non puede auer proprio (5). Nin deuen salir de sus Claustras, para yr a ninguna parte, sin licencia (6) de sus Perlados. E deuense allegar todos en vna casa (7) a comer, e otrosi a dormir, e non se apartar los unos de los otros. E han de fazer sus Cabildos (8), segun que es dicho de los Monjes. E maguer que acuerdan en estas cosas (9), otras cosas y a que desacuerdan: ca los Calonges Reglares pueden morar solos, auiendo razon derecha porque lo fagan; lo que non pueden fazer los Monjes (10). E otrosi ha departimiento entre los abitos, e los comeres; ca mas larga (11) Orden es, e mas ligera de sofrir la de los Calonjes, que la de los Monjes.

LEX XXX. — Vita canonicorum regularium concordat cum regula monachorum in proprii abdicatione, castitate, obedientia, et in non recedendo sine licentia à claustro, in comedendo et dormiendo in communi, in capituli celebratione, et in non apellando à correctione, nisi modus excedatur; discordat verò in habitu et comestionibus, in quibus largiùs vivunt canonici, et possunt ex causa segregatim habitare, quòd monachi non possunt. Hoc dicit.

(1) *Acuerdan.* Ortum habet à notatis per Goffred. in sum. tit. *de statu monacor.* §. *monachi et canonici*, et Host. in summa eod. tit. §. *in quo conveniunt.*

(2) *Obedescer.* Vide in cap. *cum in ecclesiis, de major et obed.* et nulla longinquitate temporis potest præscribi contra obedientiam monachalem, cap. *sicut nobis, de regul.* et vide quod notat Bald. in rubr. *de præscript.* in fin.

(3) *Mayor pena.* Concordat cum cap. *ad nostrum*, *de appellat.*

(4) *Castidad.* Concordat cap. *ut clericum, de vita et honest. cleric.* et dicit Nicolaus Papa, non putamus, quod absit, religiosos canonicos à sanctorum monachorum consortio sejunctos, cap. *præsens*, in fin. 20. quæst. 3. et cap. *quod Dei timorem, de statu monachor.*

(5) *Proprio.* Adde cap. *super quodam, de statu monachor.*

(6) *Sin licencia.* Vide in cap. *ex parte, de postulando*, et cap. *monachi*, et cap. *placuit*, 16. quæst. 1.

(7) *En una cosa.* Adde cap. *quoniam, de vita et honest. cleric.* cap. *præter hoc*, 32. dist. *de consecr.* dist. 5. cap. *in omnibus*, 12. quæst. 1. cap. 1. et 2.

(8) *Sus cabildos.* Adde cap. *in singulis*, cum seq. *de statu monachor.*

(9) *En estas cosas.* Item neutri debent audire physicam, vel leges, ut suprà l. proxima, et cap. *non magno*, cap. *super specula, ne clerici vel monachi.*

(10) *Los Monjes.* Sequitur in hac differentia Goffred. ubi suprà: Hostiens. vult, quòd idem in hoc sit in utrisque, quia eadem ratio est, sed quòd tantùm sit differentia, quòd facilius conceditur cura canonico regulari, quam monacho regulari; opinionem tamen Goffredi, quam sequitur ista lex, tenet etiam Abb. in dict. cap. *quod Dei timorem*, colum. penult. et adde quæ dixi suprà eod. l. 25.

(11) *Mas larga.* Canonici regulares inserviunt regulæ laxiori, nam in esu carnium, et habitu, et quibusdam aliis differunt, ut cunctis patet, dicit Hostiens. ubi suprà.

LEY XXXI. — En que manera deuen pasar los Obispos contra los Religiosos, que andan desobedientes fuera de sus Ordenes.

Grangas e Encomiendas tienen los Religiosos de los Monesterios, por mandado de sus Mayorales: e a las vezes ay algunos dellos, que por engaño del diablo, en teniendolas, allegan auer de las rentas de aquellos logares, e desamparan sus Monesterios, e andan desobedientes (1) por el mundo, e por las Cortes de los Reyes, e en las casas de los otros omes honrrados; e porque Santa Eglesia entendio, de la maldad destos tales, que podrian nascer escandalos, de que vernian muchos yerros; tuuo por bien Santa Eglesia, que los Obispos, en cuyos Obispados andouiessen desta manera, que los amonestassen que se tornassen a sus Monesterios; e aquel auer (2) que les fallassen, que lo metiessen en pro de aquellos logares onde los tomaron, segun touieren por bien sus Abades, o los Mayorales que y ouiesse. E si por su amonestamiento non lo quisiessen fazer, que los Obispos lo embiassen a dezir a sus Mayorales, que les apremiassen, de manera porque ouiessen de tornar a sus Claustras: e si estos Mayorales non los quisiessen apremiar desta forma, que los Obispos los vieden de oficio e de Beneficio, fasta que tornen a su Orden.

LEX XXXI. — Monachus, si recedat à grangia, seu commenda cum reditibus receptis, et vaget per orbem, vel curas potentum, monendus est ab Episcopo, ut ad monasterium revertatur, ablataque restituat, et si monitus non fecerit, referat Abbati; quòd si Abbas negligens fuerit in eo revocando, suspendat eum Episcopus officio et beneficio, donec redierit. Hoc dicit.

(1) *Andan desobedientes.* Adde cap. *Abbates*, 18 quæst. 2. et cap. *quidam monachi*, cum seq. 16. quæst. 1. et cap. *quanto*, *de offic. ordinar.* à quo lex ista habet ortum.

(2) *Aquel auer.* Adde dict. cap. *quanto*, et monachus fugitivus quidquid acquirit, acquirit monasterio, sicut servus acquirit domino; unde Abbas potest cum vendicare cum omnibus acquisitis, ut in dict. cap. *Abbates*, 18. quæst. 2. et videas Innoc. in cap. *cum olim*, el 2. *de privileg.* ubi vide, quid si sit expulsus à monasterio; quid autem si monasterium eum neglexerit revocare ad claustrum, vide notabiliter per Petrum de Anc. consil. 424. incipit, *pro clariori intelligentia*, et vide quæ dicit consil. 49. incipit, *de juribus professionis.*

LEY XXXII. — En que manera deuen los Abbades e los Priores castigar sus Monjes.

Fallando los Abades, o Priores, que sus Monjes ayan fecho algunos yerros, maguer sean pequeños, puedenles castigar (1), dandoles disciplinas, segun mandan sus reglas, con correas, o con piertegas, quier hayan Orden sagrada, o non. Pero deuense guardar, que quando ouieren a ferir algunos, auiendo fecho cosas porque lo mereciessen, que lo non fagan por desamor, mas por castigamiento: e esto deuen fazer por si mismos (2), o mandarlo (3) a algunos de su Orden que lo fagan. Ca si lo fiziessen por mal querencia, e non por razon de castigo, segun que lo deuen fazer, caerian en sentencia de descomunion (4), tambien los que lo mandassen, como los que lo fiziessen.

LEX XXXII. — Potest Abbas monachum pro excessibus, corrigiis, vel virgis per se, vel per alium cædere causa disciplinæ juxta regularia instituta; non tamen odio, quia tunc mandans et mandatarius excommunicationem incurrent. Hoc dicit.

(1) *Castigar.* Adde cap. *ad nostram*, et cap. *de Priore, de appellat.* et cap. *cum voluntate*, et cap. *universitatis, de sentent. excomm.*

(2) *Por si mismos.* Vide in dict. cap. *universitatis.*

(3) *O mandarlo.* Si necessitas urgeat, ut dict. cap. *universitatis*, et vide notabiliter per Curtium Seniorem consil. 78. incipit, *super articulo.*

(4) *Descomunion.* Vide in dict. cap. *cum voluntate*, et Gloss. in dict. cap. *universitatis.*

TITULO VIII.

DE LOS VOTOS, E DE LAS PROMISSIONES, QUE LOS OMES FAZEN A DIOS, E A LOS SANTOS.

Promission faziendo vn ome a otro de su voluntad sobre cosa derecha e buena, tenudo es de la guardar; e si esto es en las promissiones que los omes fazen entre si, quanto mas en las que fazen a Dios (1). E pues que en el titulo ante deste se dixo complidamente, como deuen ser guardadas las promissiones, que los Religiosos fazen, quando resciben la Orden, conuiene demostrar en este de los votos, e de las promissiones, que los omes fazen a Dios, biuiendo en el siglo. Ca maguer esto non es Religion (2), es cosa que se acuerda a ella. E mostraremos, segun los Santos monstraron, que quiere dezir voto, e quantas maneras son del. E quien lo puede fazer, o quien non. E quales votos se pueden redimir e cambiar, e quales non. E por quales razones se pueden redemir o soltar los votos, e quien puede esto fazer.

TITULUS VIII. DE VOTO IN SUMMA.

(1) *A Dios. Vovete, et reddite Domino Deo vestro*, Psal. 75. vers. 12. et *ruina est homini devorare sanctos, et post vota retractare*, Proberb. 29., vers 25; *si quid vovisti Deo, ne moreris reddere*, Eclesiastes, 5. vers. 3. et prima gratia voti est celeritas solutionis, Ambros. 1. lib. *de Cain et Abel*, cap. 8. et nota quòd votum, et juramenrum judicantur à pari, ut per Abb. in cap. *si vero*, el 1. in fin. *de Jurejur.* ubi ponit unam disparitatem; et an mereatur magis adstrictus voto honum opus faciens, quàm si sine voto faciat, vide per Abb. in cap. *magnæ, de voto*, et Gloss. in Clement. *si dominum, de reliq et vener. sanct.* ubi dicit Glossa, quòd magis meretur religiosus, qui se obligavit ex voto, quàm sæcularis, qui spontè facit; videas etiam per S. Thom 2 2. quæst. 88. art. 6 ubi ex triplici ratione ostendit, quòd facere idem opus ex voto est melius, et magis meritorium, quàm facere sine voto.

(2) *Non est Religion.* Intellige eo modo, quo superiùs de religiosis monachis est tractatum; nam votum actus est religionis, ex quo ordinatur in Dei cultum seu obsequium, ut tradit S. Thom. 2. 2 quæst. 88. art. 5.

LEY I.—Que cosa es Voto, e quantas maneras son del.

Voto tanto quiere dezir, como promessa que ome faze a Dios, e estonce ha este nome verdaderamente, e deue ser guardado, quando es fecho por algun bien (1), que se torne a servicio de Dios. Pero el que esto fiziere, deue ante pensar en ello, e non lo fazer arrebatadamente (2); mas el que lo fiziesse para algun mal, non es tenudo de lo guardar, segund que dixo San Ysidro (3), que las malas promissiones non deuen ser guardadas. E el voto que es para bien fazer, se departe en dos maneras (4). El vno es de premia. E el otro es de voluntad. El de premia es aquel que es tenudo de guardar todo Christiano, assi como la promission que cada vno faze por si, o la que fazen sus Padrinos por el, quando rescibe el Baptismo: que reniega del diablo, e de todas sus obras, e promete de guardar la Fe de nuestro Señor Jesu Christo, e los mandamientos de la Fe Catholica: e por esta razon quando peca el ome despues del Baptismo, doblasele la culpa, e esto es, porque faze pecado mortal, e porque quebranta el voto que prometio de guardar. Pero non le deuen dar penitencia como por dos pecados mortales, mas como por vno, porque fue acrescido en si por ayuntamiento del otro. E el prometimiento de voluntad, es el que ome faze de su grado, sobre alguna cosa que es buena a seruicio de Dios, e que non era tenudo de lo fazer, si non quisiesse, e sin esto se pudiera salvar, maguer non lo ouiesse fecho; assi como de biuir so Regla, o de guardar castidad (5), o de ayunar, o de yr en romeria, o otra cosa semejante destas. E como quier que saluarse pudiesse ome, maguer non fiziesse tal voto como este, pero tenudo es de lo guardar, desque lo fiziere. Ca assi lo dixo David (6) en el Psalterio: Prometed a Dios, e complid aquello que prometieredes: porque se da a entender, que como quier que la primera palabra destas, es como consejo, la segunda es premia. Pero muchas cosas deuen fazer los omes de bien, maguer non sean falladas en los Mandamientos de Santa Eglesia: ca mas gradescidos (7) deuen ser a los omes los seruicios que fizieren a Dios de su voluntad, que aquellos que son tenudos de fazer por premia.

LEX I.—Votum est promissio Deo facta alicujus rei licitæ cum deliberatione animi. Est autem duplex, necessarium, scilicet, et voluntarium; necessarium oritur ex baptismo, cum promittit Christianus fidem, et fidei præcepta servare; voluntarium est, quando promittit quis ea ad quæ non erat obligatus, veluti peregrinationem, castitatem, jejunium, vitam regularem, vel quid simile; quod es implendum, dicente Psalmista: *vovete, et reddite, etc.* Et aceptiora sunt Deo, quæ fiunt voluntariè, quam quæ ex necessitate. Hoc dicit.

(1) *Por algun bien.* Nam votum est alicujus rei licitæ faciendæ, vel non faciendæ cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio, ut hìc tradit Host. in summa, *de voto*, §. 1. et secundum Magistrum sententiarum lib. 4., dist. 38. votum est, testificatio quædam promissionis spontane, quæ Deo de his, quæ sunt Dei, fieri debet; si enim mala vel illicita esset promissio, non est servanda, sed rescindenda, ut subjicitur hic, et habetur 22. quæst. 4. cap. *in malis*, et in authent. *scenicas mulieres non solum, si fidejuss. etc.* coll. 5. et vide Gloss. in cap. *si ad peccatum*, 22. quæst. 4. Item vota, quæ essent de vanis rebus et inutilibus, magis sunt dirimenda, quàm servanda, secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 88 art. 2.

(2) *Arrebatadamente.* Votum, quod ex facilitate animi potiùs quàm ex arbitrio discretionis emittitur, non est obligatorium usquequaque, capite *venientis*, eod. tit. cap. *charissimus*, et cap. *veniens, de convers. conjug.* cap. *ad nostram*, *de regular.* et Gloss in cap. *dudum, de convers. conjug.* voluit quòd votum emissum calore iracundiæ non obliget; quam glossam Abb. ibi voluit posse procedere, quando est tanta mentis turbatio, quòd sapit quamdam alienationem mentis ex multo furore; seu quando fuit tantus iracundiæ calor, quòd sedato calore non fecisset votum: et dicit Joan. Andr. ibi, quòd in ingressu religionis, et eleemosyna, quæ in se ipsis bona sunt, non egemus deliberatione: et sine deliberatione id agens obligatur, ut puta si vidit vel audivit miraculum, timuit terræmotum, vel aliquid tale, et hoc casu loquatur cap. *sunt qui opes*, 17. quæst. 4. et procedit, nisi ut dictum est, talis esset turbatio, quæ saperet quamdam mentis alienationem; vide tamen in hoc de ingressu religionis Abb. qui vult, quòd etiam in voto religionis præcedere debeat deliberatio, in cap. *litteratura*, ad fin *de voto*, et dicit S. Thom. 2. 2. quæst. 88., art. 1. quòd ad votum tria ex necessitate requiruntur. Primò quidem deliberatio. Secundò propositum voluntatis. Tertiò promissio; in qua perficitur ratio voti, et adde. Gloss. in cap. *neque viduas*, 27. quæst. 1. et de voto facto ad aliorum impulsum, vide Gloss. in dict. cap. *sunt qui opes*, ubi bonus textus, et in cap. *unusquisque*, 22. quæst. 4. et an sit necessarium votum ore exprimere, vide Gloss. in cap. 2. 27. quæst. 2 in verbo *ore*, et Gloss. 17 quæst. 1. in summa, et S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 1. quòd sufficit corde vovere Deo, Abb. et in dict. cap. *litteraturam*, *de voto.*

(3) *Dixo San Ysidro.* Vide in cap. *in malis*, 22. quæst. 4.

(4) *En dos maneras.* Prosequitur dicta Hostiens. eod. tit. in summa, §. *quod sunt species.*

(5) *De guardar castidad.* Et sic votum continentiæ est voluntarium, quo intelligit Hostiens ubi suprà, scilicet, quòd contrahere matrimonium, vel non contrahere, voluntarium est; nam quilibet necesse habet continere, nisi contrahat matrimonium.

(6) *Dixo David.* Psalm. 75. vers. 12. et in cap. *magnæ, de voto.*

(7) *Mas gradescidos.* Vide 28. quæst. 1. cap. *jam nunc*, et 33. quæst 5. cap. *tunc salvabitur.*

LEY II.—Que el Voto de voluntad se faze en dos maneras.

Simple voto dizen, en latin, al prometimiento que ome faze a Dios en su poridad: e solenne es dicho aquel que se faze concejeramente ante muchos, o en mano de algun Perlado, o sobre la Cruz, o sobre el altar, o por carta; e esto se guarda tan solamente en el voto de Castidad (1): empero quanto a Dios, tan tenudo (2) es ome de guardar el voto que faze en poridad, como el solenne; e tambien cae en pecado mortal, quien quebranta el vno como el otro: mas porque los omes se escandalizarian, quando viessen que alguno quebrantaba el uoto que ouiesse fecho concejeramente, por esso touo por bien Santa Eglesia, que ouiesse mayor fuerza este prometimiento, que el simple. Ca si alguno ouiesse fecho en su voluntad voto simple, para entrar en Orden, e casasse despues, valdria el casamiento (3), e si lo fiziesse solemnemente non podria casar, e si se casasse non valdria el casamiento. E esto es, porque peca contra Dios, e contra las posturas de Santa Eglesia, e contra sus Christianos metiendolos en escandalo por su yerro.

LEX II.—Votum voluntarium dividitur, quia aut est simplex, aut solemne; et dicitur solemne, quando fit coram multis, vel in manibus Prælati, vel super cruce, vel altari, vel scripto, ut in voto castitatis per religiosos: et utrumque obligat æquè quoad Deum; diferunt tamen quoad valorem matrimonii, quod dirimeret votum solemne castitatis, non simplex. Hoc dicit.

(1) *En el voto de Castidad.* Votum solemne hodiè in isto casu dicitur, quando fuit solemnizatum per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem expressam vel tacitam, factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, ut in cap. 1. *de voto*, lib. 6.

(2) *Tan tenudo.* Prosequitur dicta Goffred. et Hostiens. in summa *de voto*, §. *quod sunt species*, vers. *hic tamen notandum*, et tradit ibi Hostiens. quid respondendum sit ei, qui simplex votum emisit, si consulat aliquem, an possit contrahere matrimonium, et dicit respondendum esse, quòd non: et si instet, si contraxero, tenebit matrimonium, vel ne? Quòd tunc sit tacendum, nisi ille, à quo consilium petitur, videat periculum incontinentiæ; tunc enim, ut periculum majus evitetur, poterit respondere: Scriptura dicit, quòd matrimonium tenet; tamen de consilio meo non contrahes, sed continebis; scias enim, quòd si contraxeris, mortaliter peccabis, et Deum graviter offendes.

(3) *Valdria el casamiento.* Ut in cap. *rursus*, et in cap. *veniens, qui cleric. vel vov.* et vide quæ dixi in l. 11. tit. 2. 4. *Part.* si quis tamen vovit de intrando religionem, poterit compelli antequam contraxerit matrimonium, ut compleat votum, ut notat Abb. in cap. *porrectum*, in fin. *de regular.* et dicit Innoc. in cap. penult. *de voto*, quod etiam, si talis vovens fiat Episcopus, debet intrare religionem, et ad hoc poterit compelli.

LEY III.—Quales pueden fazer voto, e quales non.

Dauid, que fue Rey e Profeta, dixo (1), que el voto que el ome faze, tenudo es de lo complir. Mas si alguno lo quisiesse cambiar en otro mayor (2), puedelo fazer, porque bien semeja que es voluntad de Dios, de crecer todauia en el bien; onde non gelo puede vedar ninguno. Mas con todo esso personas y a, que lo non pueden fazer sin licencia de los otros; assi como el Obispo (3), que non puede fazer voto, para entrar en Orden, sin mandado del Apostolico. E otrosi, el que non fuesse de edad (4), non puede fazer tal prometimiento (5), a menos de mandado de su padre, o de su madre, o de su guardador. Nin el sieruo (6) sin voluntad de su Señor (7). Nin otrosi el marido (8) sin voluntud de su muger. Nin la muger (9) sin otorgamiento del marido. Nin el Monje (10) para fazer mas aspera vida que los otros Frayles de su Monesterio, a menos de licencia de su Abad, e esto es, porque podria ende nascer escandalo a los otros.

LEX III.—Licitum est votum in melius commutare: Episcopus tamen religionem vovere non potest sine licentia Papæ, neque minor impubes sine licentia patris, aut matris, aut tutoris, neque servus absque licentia domini, neque maritus sine voluntate uxoris, vel è contra: neque monachus vovere restrictionem vitam sine licentia Abbatis. Hoc dicit.

(1) *Dixo.* Psalm. 75 vers. 12.

(2) *En otro mayor.* Ut in cap. *scripturæ, de voto*, et in l. proxima.

(3) *El Obispo.* Episcopus non potest aliquod votum emittere sine licentia Papæ, per quod dissolvatur vinculum matrimonii, quod esse intelligitur inter ipsum, et sponsam suam Ecclesiam, cap. *licet*, §. *illa, de regular.* cap. *nisi cum pridem*, in fin. *de renunt.* Item neque aliud, per quod grave præjudicium sponsæ suæ faciat, cap. *sicut, de jurejur.* cap. 2. *de præcariis*, cap. *magnæ*, §. *verum, de voto.*

(4) *De edad.* De impubere intellige, et adde quæ tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 9. et quæ habentur in cap. 1. et 2. 20. quæst. 2. pubes tamen, licet sit filiusfamilias, bene potest se adstringere voto religionis, ut in dict. capitulis, et tradit S. Thom. ubi suprà, art. 8. sed aliud votum, per quod dissolvitur patria potestas, non poterit facere, l. 2. §. 1. *ff. de pollicitat.* tradit Hostiens. ubi suprà, §. *quis vovere possit*, videas ibi per eum, et per S. Thom. in dict. artic. 8. Item filiusfamilias pubes obligatur in votum terræ sanctæ, cap. *ex multa, de voto*, et in castrensi vel quasi castrensi peculio. Item si pater consenserit expressè, vel tacitè non contradicendo, secundum Innoc. in cap. *scripturæ, de voto*, et quia in castrensibus, vel quasi filiusfamilias reputatur sui juris, l. 2. *ff. ad Macedon.* et l. 2. et 3. *C. de castr. pecul.* lib. 12.

(5) *Tal prometimiento.* Religionis scilicet, nam alia vota emittere potest etiam impubes filiusfamilias, si est doli capax, ut in cap. 2. et ibi Abb. 1. notab. *de voto*, et idem tenet Innoc. in cap. *scripturæ*, eodem tit. ubi dicit, quòd etiam impubes, si sit doli capax, si fecerit votum abstinentiæ, vel peregrinationis vel aliud, quòd debet illud implere postquam paternam potestatem exiverit; subdit tamen, quòd cum talibus facile est dispensandum et commutandum, cum licèt in aliquo sint doli capaces, tamen non multa cognoscunt, cum sint inexperti. Item et in voto religionis, limita et intellige, quòd procedit in impubere, doli non capace; nam si sit doli capax, obligaretur quantum in se est, si pater non revocet, ex voto simplici religionis, licèt non teneat in eo votum solemne religionis, ut in cap. 1. *de regular.* lib. 6. secundum S. Thom. 2. 2. quæst. ultim. artic. 5.

(6) *Sieruo.* Adde l. 2. §. 1. *ff. de pollicitat.* non enim potest servus vovere aliquid unde minuatur servitium domino, cap. *si servus*, 54. dist. cap. *mulieres*, et cap. *relatum, de sent. excomm.* Innoc. in dict. cap. *scripturæ;* in his tamen, in quibus non faceret præjudicium servitio domini, vovere potest, ut in orationibus dicendis, et continentia servanda, et hujusmodi, secundum Archid. post Hugon. in cap. *si quis incognitus*, 17. quæst. 2. et Abb. in dict. cap. *scripturæ, de voto*, et S. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 8.

(7) *Sin voluntad de su Señor.* Tacita, vel expressa, ut si det modicam quantitatem in eleemosynam, et verisimile sit dominum consentire, ut vult Hostiens. ubi suprà, §. *quis vovere possit.*

(8) *El marido.* Intellige de voto, per quod uxori fieret præjudicium, ut in voto continentiæ, Gloss. in cap. 1. 17. quæst. 1. quòd procedit planè secundum omnes, quoad redditionem debiti, quia vovere non potest alienum; quantum verò ad exactionem sunt opiniones, quia secundum S. Thom. in 4. senten. dist. 32. quidam dicunt, quòd unus potest hoc vovere sine consensu alterius, quia in hoc quilibet est sui juris, quod Ricardus dicit esse communius et tutius, et videtur assentire Petrus de Palud. dicens tamen nulli hoc esse consulendum. Quidam verò, inquit S. Thom. probabilius dicunt, quòd non potest, quia nimiùm onerosum fieret matrimonium alteri, quem oporteret semper subire verecundiam in petendo debitum, et hanc opinionem sequitur Alber. et Durandus, et Joan. de Neapol. et secundùm istos in tali voto non solùm potest Episcopus dispensare, ex his, quæ notat. Joan. Andr. in cap *rursus, qui clerici vel vov.* sed etiam alter conjugum potest irritare: et dicit Silvest. in summa, in verbo *votum*, la 3 vers. 2. *quæritur*, quòd utraque opinio est vera, fundata in hoc principio, quòd conjux in verendo non potest alteri præjudicare, unde si istud votum sit de non petendo absolutè, non valet, quia præjudicat; si verò sit de non petendo ratione sui, sed ratione socii tantùm, et tenet. quia non præjudicat; unde si vovet se non coiturum nisi ad complacendum conjugi, dicit esse licitum; in quo Silvester vel videtur tenere cum opinione communi, vel ejus dicta benè principio: et pro opinione communi facit bonus textus in cap. *placet, de convers. conjug* et ibi notat Abb. Item, et poteris intelligere istam legem in voto abstinentiæ emisso per maritum, si per tale votum circa carnalem debitum fieret præjudicium mulieri; et ita limita, et intellige Gloss. in cap. *manifestum*, 33. quæst. 5. et tradit Hostiens. in summa. *de voto*, §. *quis vovere possit*, columm. fin. Abb. in cap. *scripturæ, de voto.* Item, neque votum peregrinationis posset maritus facere sine consensu alterius, argum. cap. *si tu obstines*, 27. quæst. 2. et 33. quæst. 5. cap *quod Deo pari*, nisi in voto transmarino in subsidium terræ sanctæ, ut in cap. *ex multa, de voto*, Innoc. in dict. cap. *scripturæ*, et ibi vide etiam ad ista l. 8. infrà eod. et l. fin.

(9) *Nin la muger.* Adde cap. *manifestum*, et cap. *hæc imago*, et cap. *noluit*, 33. quæst. 5. et vide quæ notat Abb. in cap. *scripturæ, de voto*, et major prohibitio est in fœmina conjugata in voto abstinentiæ, quàm in vire idem voventi, ut tradit ibi Abb. et Gloss. in cap. *manifestum*, 33. quæst. 5. et vide infrà eod. l. penult. An autem posset emittere, et exequi uxor votum transmarinum pro subsidio terræ sanctæ, sicut potest maritus, tradit Host. ubi suprà, et Abb. in cap. *ex multa, de voto*, et concludit, quòd non potest exequi invito marito (licèt possit votum emittere) si ipsa sit nimis juvenis, vel suspecta, vel infamata, quo casu personaliter non exequetur: si verò sit vetula, quæ multum profecit in diebus suis, et matrona bonæ famæ, tunc vadet ipsa, si secum potest ducere multos bellatores, ut quia habet amplum patrimonium ultra dotem, aliàs redimat votum, cum ad eundum et pugnandnm inhabilis judicetur; et vide in ista materia l. 7. tit. 2. 4. *Part.* et quòd ibi dixi, et infrà eod. l. fin.

(10) *Nin el Monje.* Procedit, sive sit tale votum ob cujus impletionem claustrum exire oporteat, licèt sibi inspiratum dicat, sive sit votum abstinentiæ singularis, ut hic subjicitur, et tradit Hostiens. in dict. §. *quis vovere possit*, ubi et dicit procedere, quòd neque votum ante ingressum emissum, non debet exequi sine licentia Abbatis, nam et omnia vota temporalia videtur mutasse in religionis observationem, cap. *scripturæ, de voto;* et idem tenet Innoc. in dict. cap. *scripturæ*, ubi limitat, nisi sit votum dicendi unum psalmum vel aliquam orationem: illud enim votum non potest monachus emittere, quod posset præbere viam vagandi, vel scandalizandi fratres, vel minuendi obsequium debitum, cap. *monacho*, 20. quæst. 4. An autem monachus possit facere votum sine licentia Abbatis pro succursu terræ sanctæ, tradit Abb. post Hostiens. in cap. fin. *de voto*, et concludit, quòd non. Adverte etiam, quòd Ricard. in 4. dist. 38. tenet, monachum non posse aliquid vovere, et si vovet, votum non tenet, et movetur ex eo, quia considerata humana fragilitate et onere religionis, nulla obligatio potest addi professioni sine periculo præjudicii observationis eorum, ad quæ tenetur et sine periculo reddendi se onerosum aliquando Prælato, vel fratri suo; et quia cum votum religionis sit tantæ arctitudinis, ut alia omnia in illum commutari possint, ecclesia considerans hoc et fragilitatem humanam, voluit authoritate Dei, nullum aliud posse superaddi, propter vitandum periculum transgressionis; sed opinio alia, de qua suprà Innoc. placere videtur S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 8. et dicit, quòd vovendo monachus non peccat, quia subintelligitur, si Prælato placuerit, vel ab eo non remittatur, et quòd nullum religiosi votum est firmum sine consensu Prælati; ex cujus dictis patet, quòd Prælatus potest ad libitum vota omnia religiosi irritare; patet etiam, quòd etiam in præjudicialibus, Prælato potest vovere, et exequi quando probabiliter credit ratihabitionem Prælati. Item adverte, quòd clericus beneficiatus vovere non potest longam peregrinationem sine licentia sui Episcopi, cap. *magnæ, de voto*, et *de consecr.* dist. 5. cap. *non oportet*, el 1. neque aliud votum, per quòd oporteret ecclesiam suam relinquere, cap. *admonet, de renuntiat.* nisi in voto religionis, quod potest emittere etiam contradicente Episcopo, et tenetur implere. Item etiam potest, facere vota abstinentiæ et orationum, nisi essent in grave præjudicium suæ ecclesiæ; vide de his per Hostiens. in dict. §. *quis vovere possit*, vers. *clericus etiam*, et de voto ultramarino in subsidium terræ sanctæ, vide Abb. post Hostiens. in cap. fin. *de voto*, et quòd habetur, in cap. *ex multa*, eod. tit.

LEY IV. — Quales votos se pueden redemir, o cambiar, e quales non.

Dos maneras son de votos, e a los vnos llaman de voluntad, e a los otros de premia, segun de suso (1) dicho es: e todos los que son de voluntad, se pueden cambiar (2) e redemir por alguna razon justa (3); fueras ende el voto que alguno fiziese para guardar castidad (4), ca este tal, maguer es dellos, deue ser guardado por siempre, porque non se podria redemir, ni cambiar por otra cosa que tan buena fuesse. E que los votos que son de voluntad, se pueden cambiar en mejor, prueuase por la vieja Ley (5), en que cambiaban vna cosa por otra; ca las primicias que auian a ofrecer, las redemian en otra manera, dando al por ellas, e pues que en los Mandamientos de la Ley, que les mandara Dios guardar, fazian esto, mucho mas los deuen guardar los Christianos en las promissiones que ellos fazen, ca muy mas tenudo es el ome de guardar Mandamiento de Dios, que las promissiones que fazen de voluntad. Mas el voto que es de premia (6), non lo pueden redemir, nin cambiar en ninguna cosa: assi como la promission que ome faze por si mismo en el Baptismo, o sus padrinos por el, cuando lo baptizan: ca tal promission como esta, non la puede el Papa nin otro ninguno mudar, nin cambiar, porque seria contra la Fe.

LEX IV. — Licèt regulariter votum voluntarium possit in melius commutari, votum tamen castitatis non poterit, quia nihil æquè bonum in ejus compensationem fieri possèt: votum tamen necessarium non potest redimi, neque commutari etiam per Papam. Hoc dicit.

(1) *De suso.* Suprà eodem, l. 1.

(2) *Cambiar.* Concordat cum cap. 1. *de voto*, et cap. *magnæ*, et cap. *quod super*, eod. tit.

(3) *Razon justa.* De hoc vide in l. proxima et ex sola causa utilitatis majoris, licèt non subsit necessitas, potest fieri commutatio voti, ut probatur in cap. *ex multa, de voto*, et ibi notat Abb. in cap. 1. eod. tit. An autem ex impedimento supervenienti tollatur obligatio voti, vide quod dicit Abb. ibi, et in cap. *licet*, columm. fin. eod. tit. et S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 3.

(4) *Castidad.* Sequitur dictum Glossæ in dict. cap. 1. eod. tit. et secundum Salomonem, non est digna ponderatio animæ continentis: et nuptiæ replent mundum, virginitas paradisum, 32. quæst. 1. cap. *nuptiæ;* posset tamen Papa ex magna causa in hoc dispensare, ut si aliquis Rex Sarracenorum cum tota terra sua oferret et conversionem suam, si aliqua sanctimonialis daretur sibi in uxorem, secundùm Hug. Card. S. Sabinæ, et tradit Hostiens. in summ. *de voto*, §. *qualiter*, colum. 2. Abb. in cap. 1. eod. tit. ubi et Hostiens. et communiter Doct. in cap. *cum ad monasterium, de statu regular.* et in voto continentiæ simplici, vel solemnizato per susceptionem sacri ordinis, communiter Doct. Theologi et Canonistæ tenent, Papam ex